


PROPRIUM ORDINIS PRÆDICATORUM

LITURGIA HORARUM  
**COMPLETORIUM**



IUXTA FORMAM ORDINARIAM  
RITUS ROMANI AB ORDINE RECEPTAM  
CUM ELEMENTIBUS PROPRIIS ATQUE CANTU  
EX TRADITIONE LITURGICA ORDINIS SUMPTIS  
EDITIO TERTIA

PRAGÆ A. D. MMXVIII

Libellus iste secundum libros sequentes compositus est:

**Textus:**

- ◆ Liturgia Horarum iuxta ritum Romanum,  
editio typica altera, Romæ, 2000
- ◆ Liturgia Horarum: Proprium officiorum Ordinis Prædicatorum,  
R.P. Vincentii de Couesnongle iussu editum, Romæ, 1982
- ◆ Antiphonarium S.O.P., ut infra

**Cantus:**

- ◆ Regulæ cantus ecclesiastici regularis iuxta ritum S.O.P. ,  
In: Processionarium iuxta ritum S.O.P.,  
R.P. Martini Stanislai Gillet iussu editum, Romæ, 1930
- ◆ Antiphonarium S.O.P.,  
R.P. Martini Stanislai Gillet iussu editum, Romæ, 1933

© Provincia Bohemiæ Ordinis Prædicatorum, Pragæ, 2018  
Locuples composuit.

## AD COMPLETORIUM

### INITIO HORÆ

De-us, in adiutó-ri-um me-um inténde. Dómine, ad adiuvándum  
me festína. Gló-ri-a Patri et Fí-li-o, et Spi-rí-tu-i Sancto. Sicut erat  
in princí-pi-o, et nunc et semper, et in sáecu-la sáculórum. Amen.  
(Alle-lú-ia.)

### ACTUS PÆNITENTIALIS

*Examen conscientiæ breve, fratres genua flectantes.*

Confiteor Deo omnipoténti,  
et beátæ Maríæ semper Vírgini,  
et beáto Domínico Patri nostro,  
et ómnibus Sanctis, et vobis, fratres,  
quia peccávi nimis  
cogitatióne, locutióne,  
ópere et omissióne, mea culpa:  
precor vos oráre pro me.

*Prior vel hebdomadarius:*

Misereátur nostri omnípotens Deus,  
et dimítta nobis ómnia peccáta nostra,  
líberet nos ab omni malo,  
salvet et confírmet in omni ópere bono,  
et perdúcat nos ad vitam ætérnam.  
℟ Amen.

# TEMPORE ADVENTUS ET PER ANNUM

## HYMNUS

*Feriis Adventus et per annum:*

T e lucis ante téminum, rerum Cre-átor, póscimus,

ut só-li-ta cleménti-a sis præsul ad custódi-am.

2. Procul recédant sómni-a et nócti-um phantásma-ta:

hostémque nostrum cómprime, ne pollu-ántur córpora.

Dx. Præsta, Pa-ter omnípotens, per Iesum Christum Dóminum,

qui tecum in perpétu-um regnat cum Sancto Spí-ri-tu. Amen.

*Dominicis Adventus:*

T e lucis ante téminum, rerum Cre-átor, póscimus,

ut só-li-ta cleménti-a sis præsul ad custódi-am.


2. Procul recédant sómni-a et nócti-um phantásma-ta:



hostémque nostrum cóprime, ne pollu-ántur córpora.




*Dx. Præsta, Pa-ter omnípotens, per Iesum Christum Dóminum,*




qui tecum in perpétu-um regnat cum Sancto Spí-ri-tu. Amen.

*Dominicis per annum*



**T**e- lucis ante téminum, rerum Cre-á-tor, póscimus,



ut só- li-ta cleménti-a sis præ-sul ad custó-di-am.




2. Pro- cul recédant sómni-a et nóc-ti-um phantásma-ta:



hostémque nostrum cóprime, ne pol-lu-ántur córpora.



*Dx. Præsta, Pa-ter omnípotens, per Iesum Christum Dómi-num,*



qui te-cum in perpétu-um regnat cum Sancto Spí-ri-tu. Amen.

**POST I VESPERAS**  
**DOMINICÆ ET SOLLEMNITATUM**

M i-serére me-i Dómine, et exáudi ora-ti-ónem me-am.

**Psalmus 4 – Gratiarum actio**

*Admirabilem fecit Dominus, quem suscitavit a mortuis. (S. Augustinus)*

*Cum invocárem, exaudívit me Deus iustítiae **meæ**.\**

In tribulatióne dilatásti **mihi**;

miserére **mei**, \*

et exáudi oratióne **meam**.

Fílii hóminum, úsquequo gravi **corde**? \*

ut quid dilígitis vanitátem et quærítis mendácium?

Et scítote quóniam mirificávit Dóminus sanctum **suum**; \*

Dóminus exáudiet, cum clamávero *ad eum*.

Irascímini, et nólite peccáre; †

loquímini in córdibus **vestris**, \*

in cubílibus **vestris** et conquiéscite.

Sacrificáte sacrificiúm iustítiae \*

et sþeráte *in Dómino*.

Multi dicunt: « Quis osténdit nobis **bona**? » \*

Leva in signum super nos lumen vultus *tui*, **Dómine**.

Maiórem dedísti lætitiam in corde **meo**, \*

quam cum multiplicántur fruméntum et vinum *eórum*.

In pace in idípsum dórmiam et requiéscam, \*

quóniam tu, Dómine, singuláriter in sþe constituísti me.

Glória Patri et Fílio \*

et Spirítui **Sancto**,

sicut erat in princípio, et nunc et **semper**, \*

et in sácula sæculórum. Amen.

*Sine cantu repetitur antiphona et subiungitur antiphona secunda.*

*Ant. 1 Miserére mei, Dómine, || et exáudi oratióne meam.*

*Ant. 2 In nóctibus || benedícite Dóminum.*

***Psalmus 133 (134)– Vespertina oratio in templo***

*Laudem dicte Deo nóstro, omnes servi eius*

*et qui timetis eum, pusilli et magni. (Ap 19,5)*

Ecce benedícite Dóminum, omnes servi Dómini,\*

qui statis in domo Dómini *per noctes*.

Extóllite manus veſtras ad sanctuárium,\*

et benedícite Dóminum.

Benedícat te Dóminus ex Sion,\*

qui fecit cælum et terram.

Glória Patri et Fílio \*

et Spirítui Sancto,

sicut erat in princípio, et nunc et semper,\*

et in sǽcula sǽculórum. Amen.

*Repetitur antiphona.*

***Lectio brevis***

*De libro Deuteronomii*

*Dt 6,4-7*

Audi, Israel: Dóminus Deus tuus Dóminus unus est. Díliges Dóminum Deum tuum ex toto corde tuo et ex tota áнима tua et ex tota fortitúdine tua. Erúntque verba hæc quæ ego præcipio tibi hódie in corde tuo, et narrábis ea filiis tuis, et meditáberis in eis sedens in domo tua et ámbulans in itínere, dórmiens atque consúrgens.

**POST II VESPERAS**  
**DOMINICÆ ET SOLLEMNITATUM**

*Ant.* Alis suis obumbrábit tibi, || non timébis a timóre noctúrno.

*Vel in cantu (AG 171):*

alvum me fac, Dómine, propter mi-se-ri córdi-am tu-am.

***Psalmus 90 (91) – In protectione Altissimi***

*Ecce dedi vobis potestatem calcandi supra serpentes et scorpiones. (Lc 10, 19)*

*Qui hábitat in protectióne Altíssimi,\*  
 sub umbra Omnipoténtis commorábitur.*

*Dicet Dómino: †  
 « Refúgium meum et fortitúdo mea, \*  
 Deus meus, sperábo in eum ».*

*Quóniam ipse liberábit te de láqueo venántium \*  
 et a verbo malígno.*

*Alis suis obumbrábit tibi, \*  
 et sub pennis eius confúgies.  
 Scutum et loríca véritas eius; \*  
 non timébis a timóre noctúrno,  
 a sagítta volánte in die, †  
 a peste perambulánte in ténebris, \*  
 ab extermínio vastánte in merídie.*

*Cadent a látere tuo mille, †  
 et decem mília a dextris tuis; \*  
 ad te autem non appropinquábit.*

*Verúmtamen óculis tuis considerábis, \*  
 et retributióne peccatórum vidébis.  
 Quóniam tu es, Dómine, refúgium meum. \*  
 Altíssimum posuísti habitáculum tuum.*

Non accédet ad te **malum**, \*  
 et flagéllum non appropinquábit tabernáculo **tuo**,  
 quóniam ángelis suis mandábit de **te**, \*  
 ut custódiant te in ómnibus *viis tuis*.

In mánibus portábunt **te**, \*  
 ne forte offéndas ad lápidem *pedem tuum*.  
 Super áspidem et basilíscum ambulábis \*  
 et conculcábis leónem et dracónem.

Quóniam mihi adhæsit, liberábo **eum**; \*  
 suscípiam **eum**, quóniam cognóvit *nomen meum*.  
 Clamábit ad me, et ego exáudiam *eum*; †  
 cum ipso sum in tribulatióne, \*  
 erípiam **eum** et glorificábo **eum**.

Longitúdine diérum replébo **eum** \*  
 et osténdam illi salutáre **meum**.

Glória Patri et Fílio \*  
 et Spirítui Sancto,  
 sicut erat in princípio, et nunc et **semper**, \*  
 et in sácula sáculórum. Amen.

*Repetitur antiphona.*

### *Lectio brevis*

*De Apocalypse beati Ioannis apostoli*

*Ap 22,4-5*

Vidébunt fáciem Dómini, et nomen eius in fróntibus eórum. Et nox ultra non erit, et non egent lúmine lucérnæ neque lúmine solis, quóniam Dóminus Deus illuminábit super illos, et regnábunt in sácula sáculórum.

## FERIA SECUNDA

*Ant.* Tu, Dómine Deus, || pátiens et multæ misericórdiæ.

*Vel in cantu (AG 263):*

V oce me- a ad Dóminum clamávi, neque obli-viscétur  
mi-seré-ri De-us.

VIIId

**Psalmus 85 (86) – Pauperis in rebus adversis oratio**

*Benedictus Deus, qui consolatur nos in omni tribulatione nostra. (2Cor 1,3-4)*

*Inclína, Dómine, aurem tuam et exáudi me,\**

*quóniam inops et pauper sum ego.*

*Custódi ánimam meam, quóniam san~ctus sum; \**

*salvum fac servum tuum, Deus meus, s̄perántem in te.*

*Miserére mei, Dómine, \**

*quóniam ad te clamávi tota die.*

*Lætífica ánimam servi tui, \**

*quóniam ad te, Dómine, ánimam meam levávi.*

*Quóniam tu, Dómine, suávis et ~mitis, \**

*et multæ misericórdiæ ómnibus invocántibus te.*

*Auribus pérçipe, Dómine, oratióнем meam, \**

*et inténde voci deprecatiόnis meæ.*

*In die tribulatiόnis meæ clamávi ad te, \**

*quia exáudies me.*

*Non est símilis tui in diis, Dómine, \**

*et nihil sicut ópera tua.*

*Omnes gentes quascúmque fecísti vénient, †*

*et adorábunt coram te, ~Dómine; \**

*et glorificábunt nomen tuum,*

quóniam magnus es tu, et fáciens **mirabília:** \*  
tu es **Deus solus.**

Doce me, Dómine, viam **tuam,** \*  
et ingrédiar in veritáte **tuā;**  
simplex fac cor **meum,** \*  
ut tímeat **nomen tuum.**

Confitébor tibi, Dómine, Deus meus, in toto **corde meo,** \*  
et glorificábo nomen tuum **in æténum,**  
quia misericórdia tua magna est **su~per me,** \*  
et eruísti ánimam meam ex inférno **inferiōri.**

Deus, supérbi insurrexérunt *super me*, †  
et synagóga poténtium quæsiérunt *ánimam meam,* \*  
et non proposuérunt te in conspéctu **suo.**

Et tu, Dómine, Deus miserátor et miséricors, \*  
pátiens, et multæ misericórdiæ, et **veritatis,**  
réspice in me, et miserére mei; †  
da fortitúdinem tuam **púero tuo;** \*  
et salvum fac filium ancíllæ **tuæ.**

Fac mecum signum in bonum, †  
ut vídeant qui odérunt me, et **confundántur,\***  
quóniam tu, Dómine, adiuvísti me, et consolátus es **me.**

Glória Patri et Fílio \*  
et Spirítui **Sancto,**  
sicut erat in princípio, et **nunc et semper,** \*  
et in sácula sáculórum. **Amen.**

*Repetitur antiphona.*

### *Lectio brevis*

*De Epistola prima ad Thessalonicenses*

*1Th 5,9-10*

Pósuit nos Deus in acquisitióñem salútis, per Dóminum nostrum Iesum Christum, qui mórtuus est pro nobis, ut, sive vigilémus sive dormiámus, simul cum illo vivámus.

## FERIA TERTIA

*Ant.* Non abscondas fáciem tuam a me, || quia in te sperávi.

*Vel in cantu (AG 238):*

A diútor me- us, et liberátor me- us esto, Dómine.

### *Psalmus 142 (143), 1-11 – In angustiis oratio*

*Non iustificatur homo ex operibus legis, nisi per fidem Iesu Christi. (Gal 2,16)*

Dómine, exáudi oratióne meam, †  
áuribus pércipe obsecratióne meam in veritáte tua; \*  
exáudi me in tua iustítia.

Et non intres in iudícum cum servo tuo, \*  
quia non iustificábitur in conspéctu tuo *omnis vivens*.  
Quia persecútus est inimícus ánimam meam, †  
contrívit in terra vitam meam, \*  
collocávit me in obscúris sicut mórtuos *a sáculo*.

Et anxiátus est in me spíritus meus, \*  
in médio mei obríguit cor meum.

Memor fui diérum antiquórum, †  
meditátus sum in ómnibus opéribus tuis, \*  
in factis mánuum tuárum recogitábam.

Expándi manus meas ad te, \*  
ánima mea sicut terra sine aqua tibi.

Velóciter exáudi me, Dómine; \*  
defécit spíritus meus.  
Non abscondas fáciem tuam a me, \*  
ne símilis fiam descendéntibus *in lacum*.  
Audítam fac mihi mane misericórdiam tuam, \*  
quia in te sperávi.

Notam fac mihi viam in qua ámbulem, \*  
 quia ad te levávi ánimam meam.  
 Eripe me de inimícis meis, \*  
 Dómine, ad *te confúgi*.  
 Doce me fácere voluntátem tuam, \*  
 quia Deus *meus es* tu.  
 Spíritus tuus bonus dedúcet me in terram **rectam**; \*  
 propter nomen tuum, Dómine, **vivificábis** me.  
 In iustítia tua \*  
 edúces de tribulatióne ánimam meam.  
 [et in misericórdia tua disperdes inimícos meos; †  
 et perdes omnes, qui tríbulant ánimam meam, \*  
 quóniam ego *servus tuus sum.*]

Glória Patri et Fílio \*  
 et Spirítui Sancto,  
 sicut erat in princípio, et nunc et **semper**, \*  
 et in sácula sáculórum. Amen.

*Repetitur antiphona.*

### *Lectio brevis*

*De Epistola prima beati Petri apostoli* *1 Petr 5,8-9*  
 Sóbrii estóte et vigiláte, quia adversárius vester diábolus tamquam leo  
 rúgiens círcuit quárens quem dévoret; cui resístite fortes in fide.

## FERIA QUARTA

*Ant. 1 Esto mihi in Deum protectórem || et in domum refúgii.*

*Vel in cantu (AG 211):*

D e profundis clamávi ad te, Dómine.  
VIIIc

***Psalmus 30 (31),1-6 – Afflicti supplicatio cum fiducia***

*Pater, in manus tuas commendo spíritum meum. (Lc 23,46)*

*In te, Dómine, sperávi, non confúndar in æténum; \**  
*in iustítia tua líbera me.*

*Inclína ad me aurem tuam, \**  
*accélera ut éruas me.*

*Esto mihi in rupem præsídi et in domum munítam, \**  
*ut salvum me fáciás.*

*Quóniam fortitúdo mea, et refúgium meum es tu, \**  
*et propter nomen tuum dedúces me et pasces me.*

*Edúces me de láqueo quem abscondérunt mihi, \**  
*quóniam tu es fortitúdo mea.*

*In manus tuas comméndo spíritum meum; \**  
*redemísti me, Dómine Deus veritátis.*

*Glória Patri et Fílio \**  
*et Spirítui Sancto,*  
*sicut erat in princípio, et nunc et semper, \**  
*et in sácula sæculórum. Amen.*

*Sine cantu repetitur antiphona et subiungitur antiphona secunda.*

*Ant. 1 Esto mihi in Deum protectórem || et in domum refúgii.*

*Ant. 2 De profundis || clamávi ad te, Dómine.†*

***Psalmus 129 (130) – De profundis clamavi***

*Ipse salvum faciet populum suum a peccatis eorum. (Mt 1,21)*

De profundis clamávi ad te, **Dómine;** \*

†Dómine, exáudi *vocem meam.*

Fiant aures tuæ intendéntes \*

in *vocem deprecatiónis meæ.*

Si iniuitátes observáveris, **Dómine,** \*

Dómine, quis *sustinébit?*

Quia apud te propitiatio **est,** \*

ut *timeámus te.*

Sustínui te, **Dómine,** \*

sustínuit ánima mea in *verbo eius;*

sperávit ánima mea in **Dómino** \*

magis quam custódes *auróram.*

Magis quam custódes *auróram* \*

speret *Israel in Dómino,*

quia apud Dóminum misericórdia, \*

et copiosa apud *eum redémpcio.*

Et ipse rédimet *Israel* \*

ex ómnibus iniuitátib⁹ *eius.*

Glória Patri et Fílio \*

et Spirítui **Sancto,**

sicut erat in principio, et nunc et **semper,** \*

et in sácula sáculórum. Amen.

*Repetitur antiphona.*

***Lectio brevis***

*De Epistola ad Ephesios*

*Eph 4,26-27*

Nólite peccáre; sol non óccidat super iracúndiam vestram, et nólite locum dare diábolo.

## FERIA QUINTA

*Ant.* Caro mea || requiéscet in s̄pe.

*Vel in cantu (AG 192):*

u, Dómine, servábis nos, et custódi-es nos in æténum.

### *Psalmus 15 – Dominus pars hereditatis meæ*

*Deus suscitavit Iesum, solutis doloribus inferni. (Act 2,24)*

*Consérva me, Deus,\**

*quóniam s̄perávi in te.*

Dixi Dómino: « Dóminus meus es **tu**, \*

*bonum mihi non est sine te ».*

In sanctos qui sunt in terra, íclitos viros, \*  
omnis volúntas mea *in eos*.

Multiplicántur dolores eórum \*

*qui post deos alienos acceleravérunt.*

Non effúndam libatiónes eórum de sanguínibus, \*  
neque assúmam nómina eórum in lábiis **meis**.

Dóminus pars hereditatis meæ et cálicis **mei**: \*

*tu es, qui détines sortem meam.*

Funes cecidérunt mihi in præcláris; \*

ínsuper et heréditas mea s̄peciosa est **mihi**.

Benedíciam Dóminum, qui tríbuit mihi intelléctum; \*

ínsuper et in nóctibus erudiérunt me *renes mei*.

Proponébam Dóminum in conspéctu meo **semper**, \*

quóniam a dextris est mihi, non commovébor.

Propter hoc lätátum est cor meum, †

*et exsultavérunt præcordia mea;* \*

ínsuper et caro mea requiéscet in s̄pe.

Quóniam non derelínques ánimam meam in inférno, \*  
nec dabis sanctum tuum vidére corruptiόnem.

Notas mihi fácies vias vitæ, †  
plenitúdinem lætitiæ cum vultu **tuo**, \*  
delectatiōnes in déxtera tua usque *in finem*.  
Glória Patri et **Fílio** \*  
et Spirítui **Sancto**,  
sicut erat in princípio, et nunc et **semper**, \*  
et in sǽcula sǽculórum. Amen.

*Repetitur antiphona.*

**Lectio brevis**

*De Epistola prima ad Thessalonicenses*

*1 Th 5, 23*

Ipse Deus pacis sanctíficet vos per ómnia, et ínteger spíritus vester et áнима  
et corpus sine queréla in advéntu Dómini nostri Iesu Christi servétur.

## FERIA SEXTA

*Ant.* In die clamávi || et nocte coram te, Dómine.

*Vel in cantu (AG 290):*

I ntret oráti-o me-a in conspéctu tu-o, Dómine.  
V

### *Psalmus 87 (88) – Hominis graviter ægrotantis oratio*

*Hæc est hora vestra et potestas tenebrarum. (Lc 22,53)*

*Dómine, Deus salútis meæ,\**

*in die clamávi et nocte coram te.*

*Intret in conspéctu tuo orátio mea,\**

*inclína aurem tuam ad precem meam.*

*Quia repléta est malis ánima mea,\**

*et vita mea inférno appropinquávit.*

*Æstimátus sum cum descendéntibus in lacum,\**

*factus sum sicut homo sine adiutório.*

*Inter mórtuos liber,\**

*sicut vulneráti dormiéntes in sepúlcris;*

*quorum non es memor amplius,\**

*et ipsi de manu tua abscíssi sunt.*

*Posuísti me in lacu inferióri,\**

*in tenebrósis et in umbra mortis.*

*Super me gravátus est furor tuus,\**

*et omnes fluctus tuos induxísti super me.*

*Longe fecísti notos meos a me,\**

*posuísti me abominatiónen eis;*

*conclúsus sum, et non egrédiar;\**

*óculi mei languérunt præ afflictiónē.*

*Clamávi ad te, Dómine, tota die,\**

*expándi ad te manus meas.*

Numquid mórtuis fácies mirabília, \*  
 aut surgent umbræ et confitebúntur tibi?  
 Numquid narrábit áliquis in sepúlcro misericórdiam tuam, \*  
 et veritátem tuam in loco perditiónis?  
 Numquid cognoscéntur in ténebris mirabília tua, \*  
 et iustítia tua in terra obliviónis?  
 Et ego ad te, Dómine, clamávi, \*  
 et mane orátio mea prævéniet te.  
 Ut quid, Dómine, repéllis ániam meam, \*  
 abscóndis fáciem tuam a me?  
 Pauper sum ego et móriens a iuventúte mea; \*  
 portávi pavóres tuos et conturbátus sum.  
 Super me transiérunt iræ tuæ, \*  
 et terróres tui excidérunt me.  
 Circuiérunt me sicut aqua tota die, \*  
 circumdedérunt me simul.  
 Elongásti a me amícum et próximum, \*  
 et noti mei sunt ténebræ.  
 Glória Patri et Fílio \*  
 et Spirítui Sancto,  
 sicut erat in princípio, et nunc et semper, \*  
 et in sǽcula sǽculórum. Amen.

*Repetitur antiphona.*

*Lectio brevis*

*Iuxta Ierémiam prophétam*

*Cf. Ier 14, 9*

Tu autem in médio nostri es, Dómine, et nomen tuum invocátum est super nos; ne derelínquas nos, Dómine Deus noster.

## RESPONSORIUM & CANTICUM SIMEONIS

### *Responsorium*

I

n manus tu-as Dómine, \* comméndo spí-ri-tum me-um.

In manus. v Redemísti me Dómi-ne, De-us ve-ri-tá-tis. \* Commén-do. Gló-ri-a Patri, et Fí-li-o, et Spi-rí-tu-i Sancto. In manus.

### *Canticum Simeonis*

S

alva nos Dómine, vi-gi-lántes, custódi nos dormi-éntes:

ut vi-gi-lémus cum Christo, et requi-escámus in pace.

IIIa

*Nunc dimítis servum tuum Dómine, \**

*secúndum verbum tuum in pace,*

*quia vidérunt óculi mei \**

*salutáre tuum,*

**quod parásti \***

*ante fáciem ómnium populórum:*

*lumen ad revelatióne géntium \**

*et glóriam plebis tuæ Israel.*

**Glória Patri et Fílio \***

**et Spirítui Sancto,**

*sicut erat in princípio, et nunc et semper, \**

*et in sácula sáculórum. Amen.*

# TEMPORE NATIVITATIS

## *Hymnus*

T e lucis ante térmí-num, rerum Cre-á-tor póscimus,

ut só-li-ta cleménti- a sis præsul ad custódi- am.

2. Procul recédant sómni- a et nócti-um phantásma-ta:

hostémque nostrum cómprime, ne pollu-ántur córpo-ra.

### *Usque ad Epiphaniam exclusive:*

*Dx. Gló-ri-a ti-bi Dómi-ne, qui natus es de Vírgine,*

*cum Patre et Sancto Spí-ri-tu, in sempi-térrna sácu-la. Amen.*

### *In Epiphania Domini et usque ad Baptismatem Domini inclusive:*

*Dx. Gló-ri-a ti-bi Dómi-ne, qui apparu-í-sti hódi-e,*

*cum Patre et Sancto Spí-ri-tu, in sempi-térrna sácu-la. Amen.*

*Antiphonæ super psalmos*

*In die Nativitatis et usque ad Epiphaniam Domini exclusive:*

Natus est nobis hódi-e Salvá-tor, qui est Christus Dóminus,  
 in ci-vi-tá-te David.

The musical notation consists of two staves of square neumes on a four-line staff system. The first staff begins with a large capital 'N'. The second staff begins with a small 'L' and ends with a small 'D'.

*In Epiphania Domini et usque ad Baptismatem Domini inclusive:*

Lux de lu-ce apparu-í-sti, Christe, cu-i Magi múnera  
 offé-runt, alle-lú-ia, alle-lú-ia, alle-lú-ia.

The musical notation consists of two staves of square neumes on a four-line staff system. The first staff begins with a large capital 'L'. The second staff begins with a small 'L' and ends with a small 'D'.

*Psalmodia & lectiones ut tempore Paschali, vide pp. 30-41.*


*Responsorium*

I n manus tu-as Dómine, comméndo spí-ri-tum me-um. \*


Alle-lú-ia, alle-lú-ia. In manus. v Redemísti me, Dómine, De-us  
 ve-ri-tá-tis. \* Alle-lú-ia, alle-lú-ia. Gló-ri-a Patri, et Fí-li-o, et Spi-  
 rí-tu-i Sancto. In manus.

The musical notation consists of three staves of square neumes on a four-line staff system. The first staff begins with a large capital 'I'. The second staff begins with a small 'A' and ends with a small 'v'. The third staff begins with a small 'S'.


***Canticum Simeonis****In die Nativitatis et usque ad Epiphaniam Domini exclusive:*

A lle-lú- ia. Verbum caro factum est, alle-lú-ia:  
  
 et habi-távit in nobis, alle-lú- ia, alle- lú-ia.

*In Epiphania Domini et usque ad Baptismatem Domini inclusive:*

A lle-lú- ia. Omnes de Saba véni-ent, alle-lú-ia:  
  
 aurum et tus de-feréntes, alle-lú- ia, alle- lú-ia.

V

*Nunc dimítis servum tuum, Dómine, \***secúndum verbum **tuum** in pace,**quia vidérunt óculi **mei** \***salutáre **tuum**,**quod parásti \***ante fáciem ómnium **populórum**:**lumen ad revelaciónem **géntium** \***et glóriam plebis **tuæ** Israel.**Glória Patri et Fílio \***et Spirítui **Sancto**,**sicut erat in princípio, et nunc et **semper**, \***et in sáecula sáculórum. Amen.*

## TEMPORE QUADRAGESIMÆ

*Hymnus*

C hriste qui lux es et di-es, noctis tenébras dé-tegis,

lucisque lumen créde-ris, lumen be- átum prædi-cans.

2. Precámur sancte Dómine, de-fénde nos in hac nocte,

sit nobis in te réqui-es, qui-é-tam noctem tríbu-e.

3. Ne gravis sómnus írru-at, nec hostis nos subrí-pi-at,


nec caro il-li consénti-ens nos ti-bi re-os státu-at.

4. Ócu-li somnum cápi-ant, cor ad te semper ví-gi-let,

déxtera tu-a protégat fámulos, qui te dí-ligunt.

5. De-fén-sor noster áspi-ce, insidi-ántes réprime,

gubérna tu-os fámulos, quos sángui-ne mercátus es.



6. Meménto nostri Dómine, in gravi isto córpore;



qui es de-fénsor ánimæ, adésto nobis, Dómine.



*Dx.* Præsta, Pa-ter omnípotens, per Iesum Christum Dóminum,



qui tecum in perpétu-um regnat cum Sancto Spí-ri-tu. Amen.

*In sollemnitatibus et festis Beatæ Mariæ Virginis:*




7. Ma-rí-a, Ma-ter grá-ti-æ, Ma-ter mi-se-ricórdi-æ,



tu nos ab hoste protége et hora mortis súscipe.



*Dx.* Gló-ri-a ti-bi, Dómine, qui natus es de Vírgine,



cum Patre et Sancto Spí-ri-tu, in sempi- térrna sácu-la. Amen.

### *Psalmodia*

*Psalmodia & lectiones ut per annum, vide pp. 4-16.*

*Responsorium*

**I**n pa-ce in id- ípsum \* dórmí-am et requi-éscam. ¶ Si dé-  
 de-ro som-num ó-cu- lis me- is et pál- pe-bris me-  
 is dormi-ta- ti- ónem. \* Dórmí-am. Gló-ri- a Pa- tri,  
 et Fí- li- o, et Spi- ri-tu- i San- cto. In pa-ce.

*Præsertim in dominicis, sollemnitatibus, festis  
 atque in diebus Hebdomadæ sanctæ:*

**M**édi-a vi-ta in morte sumus: quem quárimus adiutó-  
 rem, ni-si te, Dómi- ne, qui pro peccá-tis nostris iuste i-rá-sce- ris? \*  
 Sancte De- us, Sancte For-tis, Sancte et mi-sé-ricors  
 Salvá-tor, amáræ morti ne tra-dás nos. ¶ Ne pro-jí-ci- as nos in tém-

pore senectú-tis: cum de-féce-rit virtus nos-tra, ne dere-línquas nos,  
Dómine. \* Sancte.

*Canticum Simeonis**Usque ad Dominicam III Quadragesimæ exclusive:*

E ví-gi-la super nos ætérne Salvátor, ne nos apprehéndat  
cá-lidus tentátor: qui-a tu factus es no-bis sempi-térnus adiútor.


IV E

*Nunc dimittis servum tuum, Dómine, \**  
*secúndum verbum tuum in pace,*  
*quia vidérunt óculi mei \**  
*salutáre tuum,*  
*quod parásti \**  
*ante fáciem ómnium populórum:*  
*lumen ad revelatióne géntium \**  
*et glóriam plebis tuæ Israel.*  
*Glória Patri et Filio \**  
*et Spirítui Sancto,*  
*sicut erat in princípio, et nunc et semper, \**  
*et in sácula sæculórum. Amen.*

*A Dominica III Quadragesimæ usque ad Triduum paschale exclusive:*

O Rex glo-ri-ó-se inter sanctos tu- os, qui semper es laudá-  
 bi-lis et tamen inef-fá-bi-lis: tu in nobis es, Dómine, et nomen  
 sanctum tu- um invo-cátum est super nos: ne dere-línguas nos,  
 De-us noster: ut in di-e iudí-ci- i nos collocáre digné-ris inter  
 sanctos et e-léctos tu- os, Rex bene-dícte.

IIIa



*Nunc dimítis servum tuum Dómine,\*  
 secúndum verbum tuum in pace,*

*quia vidérunt óculi mei \**

*salutáre tuum,*

**quod parásti \***

*ante fáciem ómnium populórum:*

*lumen ad revelatiónen géntium \**

*et glóriam plebis tuæ Israel.*

**Glória Patri et Fílio \***

*et Spirítui Sancto,*

*sicut erat in princípio, et nunc et semper,\**

*et in sǽcula sǽculórum. Amen.*

## TEMPORE PASCHALI

## HYMNUS

I

esu nostra redémpti- o, amor et de-sidé-ri-um,

De-us Cre-átor ómni-um homo in fi-ne témpo-rum.

2. Quæ te vi-cit cleménti- a, ut ferres nostra crímina,

crudé-lem mortem pá-ti-ens, ut nos a mor-te tol-lé-res?

3. Inférni claustra pé-netrans, tu-os captí-vos rédimens,

victor tri-úmpho nóbi-li ad dextram Pa-tris ré-si-dens.

4. Ipsa te co-gat pí- e-tas ut ma-la nostra súperes

parcéndo, et vo-ti cómpotes nos tu-o vul-tu sá-ti- es.

*Usque ad Ascensionem exclusive:*




5. Quæsumus, Auctor ómni- um, in hoc paschá-li góaudi-o,



ab omni mortis ímpetu tu-um dé-fende pópu-lum.



Dx. Gló-ri- a ti-bi Dómi-ne, qui surrexísti a mórtu-is,



cum Patre et Sancto Spí-ri-tu, in sempi-térrna sáecu-la. Amen.


*In Ascensione Domini et usque ad Pentecosten exclusive:*




5. Tu esto nostrum góaudi- um, qui es futú-rus práemi-um,



sit nostra in te gló-ri-a, per cuncta semper sáecu-la.



Dx. Gló-ri- a ti-bi Dómi-ne, qui scandis supra sídera,




cum Patre et Sancto Spí-ri-tu, in sempi-térrna sáecu-la. Amen.

*In die Pentecostes:*

5. Dudum sacrá-ta pécto-ra tu-a replésti grá-ti-a,



dimítte nunc peccámina, et da qui-é-ta témpo-ra.




Dx. Sit laus Patri cum Fí-li-o, Sancto simul Parácli-to,




nobísque mittat Fí-li-us cha-rísmá Sancti Spí-ri-tus. Amen.

*In sollemnitatibus et festis Beatæ Mariæ Virginis:*

6. Ma-rí-a, Ma-ter grá-ti-æ, Ma-ter mi-se-ricórdi-æ,



tu nos ab hoste protége et hora mor-tis súsci-pe.




Dx. Gló-ri-a ti-bi Dómi-ne, qui natus es de Vírgine,



cum Patre et Sancto Spí-ri-tu, in sempi-térrna sácu-la. Amen.

*Antiphona super psalmos**Tempore paschali*

**POST I VESPERAS**  
**DOMINICÆ ET SOLLEMNITATUM**

*Antiphona de tempore.*

Tonus:            *Tempore Nativitatis et paschali*            *Tempore Epiphaniæ*

***Psalmus 4 – Gratiarum actio***

*Admirabilem fecit Dominus, quem suscitavit a mortuis. (S. Augustinus)*

*Cum invocárem, exaudívit me Deus iustítiae **meæ**.\**

*In tribulatióne dilatásti mihi;*

*miserére **mei**,\**

*et exáudi oratióne **meam**.*

*Fílii hóminum, úsquequo gravi **corde**? \**

*ut quid dilígitis vanitátem et quærítis mendácium?*

*Et scítote quóniam mirificávit Dóminus sanctum **suum**; \**

*Dóminus exáudiet, cum clamávero *ad eum*.*

*Irascímini, et nolíte peccáre; †*

*loquímini in córdibus **vestris**, \**

*in cubílibus **vestris** et *conquiéscite*.*

*Sacrificáte sacrificíum iustítiae \**

*et speráte *in Dómino*.*

*Multi dicunt: « Quis osténdit nobis **bona**? » \**

*Leva in signum super nos lumen vultus *tui*, Dómine.*

*Maiórem dedísti lætitiam in corde **meo**, \**

*quam cum multiplicántur fruméntum et vinum **eórum**.*

In pace in idípsum dórmiam et requiéscam, \*  
 quóniam tu, Dómine, singuláriter in s̄pe constituísti me.  
 Glória Patri et Fílio \*  
 et Spirítui Sancto,  
 sicut erat in princípicio, et nunc et semper, \*  
 et in sácula sæculórum. Amen.

***Psalmus 133 (134) – Vespertina oratio in templo***  
*Laudem dicite Deo nōstro, omnes servi eius  
 et qui timetis eum, pusilli et magni. (Ap 19,5)*

Ecce benedícite Dóminum, omnes servi Dómini; \*  
 qui statis in domo Dómini per noctes.

Extóllite manus vestras ad sanctuárium, \*  
 et benedícite Dóminum.

Benedícat te Dóminus ex Sion, \*  
 qui fecit cælum et terram.

Glória Patri et Fílio \*  
 et Spirítui Sancto,  
 sicut erat in princípicio, et nunc et semper, \*  
 et in sácula sæculórum. Amen.

*Repetitur antiphona.*

### ***Lectio brevis***


*De libro Deuteronomii*

*Dt 6,4-7*

Audi, Israel: Dóminus Deus tuus Dóminus unus est. Díliges Dóminum Deum tuum ex toto corde tuo et ex tota áнима tua et ex tota fortitúdine tua. Erúntque verba hæc quæ ego præcípio tibi hódie in corde tuo, et narrábis ea filiis tuis, et meditáberis in eis sedens in domo tua et ámbulans in itínere, dórmiens atque consúrgens.

**POST II VESPERAS**  
**DOMINICÆ ET SOLLEMNITATUM**

*Antiphona de tempore.*



Tonus:      *Tempore Nativitatis et paschali*      *Tempore Epiphaniæ*

**Psalmus 90 (91) – In protectione Altissimi**

*Ecce dedi vobis potestatem calcandi supra serpentes et scorpiones. (Lc 10, 19)*

*Qui hábitat in protectiōne Altíssimi,\*  
 sub umbra Omnipoténtis commorábitur.*

Dicet Dómino: †  
 « Refúgium meum et fortitúdo **mea**, \*  
 Deus meus, s̄perábo *in eum* ».

*Quóniam ipse liberábit te de láqueo venántium \**  
*et a verbo malígno.*

*Alis suis obumbrábit **tibi**, \**  
*et sub pennis eius confúgies.*

*Scutum et loríca véritas eius; \**  
*non timébis a timóre noctúrno,*  
*a sagítta volánte in die, †*  
*a peste perambulánte in ténēbris, \**  
*ab extermínio vastánte *in meridie*.*

*Cadent a látere tuo mille, †*  
*et decem mília a dextris **tuis**; \**  
*ad te autem non appropinquábit.*

*Verúmtamen óculis **tuis** considerábis, \**  
*et retributiōnem peccatórum vidébis.*

*Quóniam tu es, Dómine, refúgium **meum**. \**  
*Altíssimum posuísti habitáculum **tuum**.*

*Non accédet ad te **malum**, \**  
*et flagéllum non appropinquábit tabernáculo **tuó**,*

quóniam ángelis suis mandábit de **te**, \*  
ut custódiant te in ómnibus *viis tuis*.

In máníbus portábunt **te**, \*  
ne forte offéndas ad lápidem *pedem tuum*.  
Super áspidem et basilíscum ambulábis \*  
et conculcábis leónem et *dracónem*.

Quóniam mihi adhæsit, liberábo **eum**; \*  
suscípiam **eum**, quóniam cognóvit *nomen meum*.  
Clamábit ad me, et ego exáudiam *eum*; †  
cum ipso sum in tribulatióne, \*  
erípiam **eum** et glorificábo **eum**.

Longitúdine diérum replébo **eum** \*  
et osténdam illi salutáre **meum**.

Glória Patri et Fílio \*  
et Spirítui Sancto,  
sicut erat in princípio, et nunc et **semper**, \*  
et in sácula sáculórum. Amen.

*Repetitur antiphona.*

### *Lectio brevis*


*De Apocalypse beati Ioannis apostoli*

*Ap 22,4-5*

Vidébunt fáciem Dómini, et nomen eius in fróntibus eórum. Et nox ultra non erit, et non egent lúmine lucérnæ neque lúmine solis, quóniam Dóminus Deus illuminábit super illos, et regnábunt in sácula sáculórum.

## FERIA SECUNDA

*Antiphona de tempore.*



Tonus:      *Tempore Nativitatis et paschali*      *Tempore Epiphaniæ*

### **Psalmus 85 (86) – Pauperis in rebus adversis oratio**

*Benedictus Deus, qui consolatur nos in omni tribulatione nostra. (2 Cor 1,3-4)*

*Inclína, Dómine, aurem tuam, et exáudi me, \**

*quóniam inops, et pauper sum ego.*

*Custódi ánimam meam, quóniam sanctus sum; \**

*salvum fac servum tuum, Deus meus, s̄perántem in te.*

*Miserére mei, Dómine, \**

*quóniam ad te clamávi tota die.*

*Lætífica ánimam servi tui, \**

*quóniam ad te, Dómine, ánimam meam levávi.*

*Quóniam tu, Dómine, suávis et mitis, \**

*et multæ misericórdiæ ómnibus invocántibus te.*

[VIIIC: *invocántibus te.*]

*Auribus pérçipe, Dómine, oratióne meam, \**

*et inténde voci deprecatiόnis meæ.*

*In die tribulatiόnis meæ clamávi ad te, \**

*quia exáudies me.*

[VIIIC: *quia exáudies me.*]

*Non est símilis tui in diis, Dómine, \**

*et nihil sicut ópera tua.*

*Omnes gentes quascúmque fecísti vénient, †*

*et adorábunt coram te, Dómine; \**

*et glorificábunt nomen tuum,*

*quóniam magnus es tu, et fáciens mirabília: \**

*tu es Deus solus.*

*Doce me, Dómine, viam tuam, \**

*et ingrédiar in veritáte tua;*

*simplex fac cor meum, \**

*ut tímeat nomen tuum.*

Confitébor tibi, Dómine, Deus meus, in toto corde **meo**, \*  
 et glorificábo nomen tuum *in aetérnum*,  
 quia misericórdia tua magna est super **me**, \*  
 et eruísti ánimam meam ex inférno *inferiōri*.

Deus, supérbi insurrexérunt *super me*, †  
 et synagóga poténtium quæsiérunt ánimam **meam**, \*  
 et non proposuérunt te in *conspéctu suo*.

Et tu, Dómine, Deus miserátor et miséricors, \*  
 pátiens, et multæ misericórdiæ, et *veritatis*,  
 résponce in me, et miserére mei; †  
 da fortitúdinem tuam púero **tuo**; \*  
 et salvum fac filium ancillæ **tuæ**.

Fac mecum signum in bonum, †  
 ut vídeant qui odérunt me, et confundántur, \*  
 quóniam tu, Dómine, adiuvísti me, et consolátus es me.

Glória Patri et Fílio \*  
 et Spirítui Sancto,  
 sicut erat in princípio, et nunc et **semper**, \*  
 et in sǽcula sǽculórum. Amen.

*Repetitur antiphona.*

### *Lectio brevis*


*De Epistola prima ad Thessalonicenses*

*1 Th 5,9-10*

Pósuit nos Deus in acquisitionem salútis, per Dóminum nostrum Iesum Christum, qui mórtuus est pro nobis, ut, sive vigilémus sive dormiámus, simul cum illo vivámus.

## FERIA TERTIA

*Antiphona de tempore.*



Tonus:      *Tempore Nativitatis et paschali*      *Tempore Epiphaniæ*

### ***Psalmus 142 (143), 1-11 – In angustiis oratio***

*Non iustificatur homo ex operibus legis, nisi per fidem Iesu Christi. (Gal 2,16)*

*Dómine, exáudi oratióne meam, †  
áuribus pércepe obsecratióne meam in veritáte tua; \*  
exáudi me in tua iustítia.*

*Et non intres in iudícium cum servo tuo, \*  
quia non iustificábitur in conspéctu tuo *omnis vivens*.*

*Quia persecútus est inimícus ánimam meam, †  
contrívit in terra vitam meam, \*  
collocávit me in obscúris sicut mórtuos a sǽculo.*

*Et anxiátus est in me spíritus meus, \*  
in médio mei obríguit cor meum.*

*Memor fui diérum antiquórum, †  
meditátus sum in ómnibus opéribus tuis, \*  
in factis mánuum tuárum recogitábam.*

*Expándi manus meas ad te, \*  
ánima mea sicut terra sine aqua tibi.*

*Velóciter exáudi me, Dómine; \**

*defécit spíritus meus.*

*Non abscóndas fáciem tuam a me, \*  
ne símilis fiám descendéntibus in lacum.*

*Audítam fac mihi mane misericórdiam tuam, \*  
quia in te sperávi.*

*Notam fac mihi viam in qua ámbulem, \*  
quia ad te levávi ánimam meam.*

*Eripe me de inimícis meis, \**

*Dómine, ad te confúgi.*

*Doce me fáceré voluntátem tuam, \*  
quia Deus meus es tu.*

Spíritus tuus bonus dedúcat me in terram **rectam**; \*  
propter nomen tuum, Dómine, **vivificábis** me.

In iustitia tua \*

edúces de tribulatióne **ánimam meam**.

[et in misericórdia tua disperdes inimicos meos; †

et perdes omnes, qui tribulant **ánimam meam**, \*

quóniam ego *servus tuus* sum.]

Glória Patri et Filio \*

et Spiritui Sancto,

sicut erat in principio, et nunc et **semper**, \*

et in sácula sáculórum. Amen.

*Repetitur antiphona.*

### Lectio brevis


*De Epistola prima beati Petri apostoli*

*I Petr 5,8-9*

Sóbrii estóte et vigiláte, quia adversárius vester diabolus tamquam leo rúgiens círcuit quærens quem dévoret; cui resístite fortes in fide.

## FERIA QUARTA

*Antiphona de tempore.*



Tonus: Tempore Nativitatis et paschali Tempore Epiphaniæ

**Psalmus 30 (31),1-6 – Afflicti supplicatio cum fiducia**

Pater, in manus tuas commendo sp̄iritum meum. (Lc 23,46)

In te, Dómine, sperávi, non confúndar in æténum; \*

in iustitia tua libera me.

[VIIIC: tua libera me.]

Inclína ad me aurem tuam, \*

accélera ut éruas me.

[VIIIC: accélera ut éruas me.]

Esto mihi in rupem præsidii et in domum munítam, \*

ut salvum me fáciás.

Quóniam fortitúdo mea, et refúgium meum es tu, \*

et propter nomen tuum dedúces me et pasces me.

Edúces me de láqueo quem abscondérunt mihi, \*

quóniam tu es fortitúdo mea.

In manus tuas comméndo spíritum **meum**; \*  
 redemísti me, Dómine Deus **veritatis**.  
 Glória Patri et Fílio \*  
 et Spirítui **Sancto**,  
 sicut erat in princípio, et nunc et **semper**, \*  
 et in sácula sáculórum. Amen.

**Psalmus 129 (130) – De profundis clamavi**  
*Ipse salvum faciet populum suum a peccatis eorum. (Mt 1,21)*

De profúndis clamávi ad te, **Dómine**; \*  
 Dómine, exáudi *vocem meam*.

Fiant aures tuæ intendéntes \*  
 in vocem deprecatiónis **meæ**.  
 Si iniquitátes observáveris, **Dómine**, \*  
 Dómine, quis *sustinébit*?

Quia apud te propitiatio **est**, \*  
 ut *timeámus te*.  
 Sustínui te, **Dómine**, \*  
 sustínuit ánima mea in *verbo eius*;

spéravit ánima mea in **Dómino** \*  
 magis quam custódes *auróram*.

Magis quam custódes *auróram* \*  
 spéret *Israel in Dómino*,  
 quia apud Dóminum misericórdia, \*

et copiósā apud *eum redémpcio*.  
 Et ipse rédimet *Israel* \*  
 ex ómnibus iniquitátib⁹ *eius*.

Glória Patri et Fílio \*  
 et Spirítui **Sancto**,  
 sicut erat in princípio, et nunc et **semper**, \*  
 et in sácula sáculórum. Amen.

*Repetitur antiphona.*


### *Lectio brevis*

*De Epistola ad Ephesios*

*Eph 4,26-27*

Nolíte peccáre; sol non occidat super iracúndiam vestram, et nolíte locum dare diábolo.

## FERIA QUINTA

*Antiphona de tempore.*

Tonus: Tempore Nativitatis et paschali Tempore Epiphaniæ

**Psalmus 15 – Dominus pars hereditatis meæ***Deus suscitavit Iesum, solutis doloribus inferni. (Act 2,24)**Consérva me, Deus,\***quóniam sperávi in te.**Dixi Dómino: « Dóminus meus es tu,\*  
bonum mihi non est sine te ».**In sanctos qui sunt in terra, íclitos viros,\*  
omnis volúntas mea in eos.**Multiplicántur dolores eórum \*  
